Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

APOLA

animas decollatorum propter testimonium ihesu et propter verbum dei
et qui non adorauit bestiam neque ymaginem eius nec acceperunt caracterem eius in frontibus aut in manibus suis et uixerunt et regnauerunt
cum cristo mille annis. et ceteri mortuorum non uixerunt donec consummarentur mille anni. Hec est resurrectio prima. beatus et sanctus
qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem sed erunt sacerdotes
dei et cristi eius et regnabunt cum eo mille annis. Et cum consumati
fuerint mille anni soluetur satha
nas de carcere suo. et exibit et seducet gentes que sunt sup quatuor angulos terre gog et magog
et congregabit eos in prelium quorum numerus est sicut harena maris. Et ascenderunt sup latitudinem terre et circuierunt castra
sanctorum et ciuitatem dilectam
Et descendet ignis de celo a deo.
et deuorabit eos. Et diabolus
qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris. ubi et bestia et pseudo prophete et cruciabuntur die ac nocte in secula se
culorum amen. Et uidi thronum
magnum candidum et sedentem
sup eum. a cuius aspectu fugit terra et celum et locus eorum non est
inuentus ab eis. Et uidi mortuos magnos et pusillos stantes in
conspectu throni et libri aperti sunt
et alius liber apertus est qui est
liber uite. Et iudicati sunt mortui ex his que scripta sunt in libris
secundum opa eorum. Et dedit ma
re mortuos suos qui in eo
erant. et mors et infernus dederunt
mortuos suos qui in ipis erant. et
iudicatum est de singulis secundum
opa eorum. et infernus et mors sunt
missi in stagnum ignis. Hec est mors
secunda. Et qui non est inuentus in
libro uite scriptus. missus est in stagnum ignis.

XXI

Et uidi celum nouum. et
terram nouam. Primum
enim celum et prima terra abiit
et mare iam non est. Et ego iohannes
uidi ciuitatem sanctam hierlim no
uam descendentem de celo a deo pa
ratam sicut sponsam ornatam uiro
suo. Et audiui uocem magnam
de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. et habi
tabit cum eis. et ipi populus eius
erunt et ipse deus cum eis erit eo
rum deus. Et absterget deus omnem lacrimam a oculis eorum
et mors ultra non erit neque luctus
neque clamor neque dolor erit ultra
quia prima abierunt. Et dixit
qui sedebat in throno. Ecce noua
facio omnia. Et dixit michi. scri
be quia hec uerba fidelissima sunt
et uera. Et dixit michi. factum
est. Ego sum alpha et o. initium
et finis. Ego sitienti dabo fonte
aque uite gratis. Qui uicerit